

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Discere n  
cum fonte primo

Desiderabilis est litterarum eruditio  
que naturam laudabilem eximie reddit ornatam.  
Ibi enim prudens inuenit unde sapiencior fiat,  
ibi bellator reperit unde animi uirtute roboretur,  
inde princeps accipit  
quomodo populos sub equalitate componat,  
nec aliqua in mundo potest esse fortuna  
quam litterarum non augeat gloriosa noticia.

Cassiodorus libro III.

Accessit his bonis  
desiderabilis eruditio litterarum,  
quae naturam laudabilem eximie reddit ornatam.  
Ibi prudens inuenit, unde sapiencior fiat:  
ibi bellator reperit, unde animi uirtute roboretur:  
inde princeps accipit,  
quemadmodum populos sub aequalitate componat:  
nec aliqua in mundo potest esse fortuna,  
quam litterarum non augeat gloriosa notitia.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII*, 10.3.4  
(CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.386, ll.25-31).